Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Martialis cochus · libro undique suscepto · ca · iij ·
Te iudeo solum dum possis aule nocere
Nec prodes tamen · sed petis ut noceas ·
Autor libri de formula honeste uite · ca · v · Amabis deum · Si illum in hoc ymitaberis ut omnibus
uelis prodesse nemini nocere · et tunc te iustum
uirum appellabunt omnes sequentur uenerabuntur
et diligent · Sicque merito iustus appellaberis
Vide · supra eodem · ca · p · Iustus ut sis non solum
non nocebis sed et nocentem prohibebis ·
Ambrosius de officiis · libro · ij · ca · Vitam
beatam efficiunt tranquillitas conscientie et securitas
innocentie · Idem · libro · iij · ca · v · Non latebra
sapienti spes impunitatis est sed innocentia ·
Cecilius firmianus de beata uita · libro · iij · In
hoc iustitie summa consistit ut non facias alteri
quicquid ipse ab altero pati nolles ·
Augustinus in Epigramatibus prosperi · Epigramate
primo · Innocentia uera est que nec sibi nec
alteri nocet · Idem · Epigramate · xxv · parum
est nemini nocere nisi studeas multis prodesse ·
Prosper sub ultimo epigramate ·
In sontem uitam pacis amator agit
Cassiodorus epistolarum · libro · vj · epistola · xvj · Innocentia cuncta comendat · Idem · libro · viij · epistola · ij ·
Vix audet quisquam in illos excedere in quibus culpas non
potest inuenire · Ibidem · epistola · iij · Honesta sunt
lucra per que non leditur · Ibidem epistola · x · Nullum ledit
obseruata iustitia · Idem · libro · xj · epistola · viij · In
qua parte potest homo proficere si innocentiam probatus
fuerit amisisse ·
Baldo fabula · xxij ·
In te quicquid odis fieri molimine quouis
Qualibet arte mali caueas inferre sodali ·
Bernardus in libro de improbatione uitiorum · ca · iij ·
Vir sapiens prodesse cupit nec ledere · nunquam
Mitibus et gratis nemo nocere solet

De iniuria seu contumelia et offensione · capitulum · v ·

In exodo · ca · xviij · Non occides non mecaberis ·
In leuitico · ca · xviij · Non facies calumniam proximo tuo nec
vi opprimes eum ·
Moyses in deuteronomio · ca · xx · Quando obsederis ciuitatem multo tempore et mucronibus circumdederis non expugnes eam · non succides arbores de quibus uesci potest
nec securibus per circuitum debeas uastare regionem · quoniam lignum est et non homo nec potest bellantium
contra te augere numerum · Si qua autem ligna non sunt
pomifera sed agrestia · et in ceteros apta usus succende · et instrue machinas donec capias ciuitatem
que contra te dimicat · Idem · ca · xxvij · Maledictus qui
accipit munera ut percutiat animam sanguinis innocentis ·
Salomon in proverbiis · ca · xx · Omnes stulti miscentur
contumeliis · Ibidem · xxij · ca · Ne transgrediaris terminos antiquos quos posuerunt patres tui · Ibidem ·
xxiiij · ca · Non insidieris et queras impietatem in domo
iusti neque uastes requiem eius · Septies enim cadet
iustus et resurget ·
Tobias · ca · iiij · Quod ab alio oderis fieri tibi · Vide
ne alteri tu aliquando facias ·
Aristoteles Ethy · libro · ij · ca · iiij · Causa delectationis
contumeliantibus est quia putant quod ipsi male agentes excedant magis propter quod et iuuenes et diuites
contumeliosi sunt · Excedere enim putant contumelias inferentes ·
Yhesus filius Sirach · in Ecclesiastico · ca · x · Nil agas in
operibus iniurie · Idem · xj · ca · Obiurgatio et iniurie annullabunt substantiam ·
Saluxtius in cathilinario · Nulli mortalium iniurie
sue parue uidentur · Multi eas graues magis
equo habuere ·
Catulus · ca · viij ·
Ne nimium simus stultorum more molesti ·
Tullius tusculanarum questionum · libro · v · et fi · Accipere prestat facere iniuriam ·
Ouidius de arte amandi · libro · iij · et fi ·
Quelibet extinctos iniuria suscitat ignes ·
Quintilianus decla · vij · declamatione · Contumelias
humilitatis facilius intelligit dignitas grauius
Paulus ad · gall · ca · v · Si inuicem mordetis et comedetis · Videte ne sic ad inuicem consumamini ·
Seneca epistolarum ad lucillum · libro · xiij · epistola · vj · Animo et
beneficia et iniurie constant · Idem · libro · xvj · epistola
Iniuriarum remedium est obliuio · Ibidem · epistola · iij · et
fi · Miserius est nocere quam ledi · Idem · libro · xvij ·
epistola · ij · Tuta scelera esse non possunt · proprium est
nocentium trepidare · Idem in libro de clementia · pestifera uis est ualere ad nocendum ·
Idem de moribus · Iniuriarum memoria tenax est ·
Idem in prouer · Multis minatur qui uni facit iniuriam ·
Lucanus · libro · viij ·
Ius et fas multos faciunt ptholomee nocentes ·
Lex · ff · ad · l · aquil · l · qui occidit · § · pe · Qui occasionem
damni prestat damnum fecisse uidetur · Ibidem · ti ·
commodati · l · ad eos · Qua cura et diligentia
consequi possumus · ne ab aliquo damnum nobis
iniuria detur · Ibidem · ti · de reg · iur · l · infrascripta · Non debet alteri per alterum iniqua · quod
inferri Iure naturali equum equum est neminem